

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Johannis Segeri Weidenfeld De Secretis Adeptorum Sive Usu Spiritus Vini Lulliani Libri IV**

**Weidenfeld, Johann S.**

**Londini, 1684**

143. Ignis Vegetabilis solutus in Aqua calcinata Lullii

[urn:nbn:de:bsz:31-96282](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-96282)

## XXIV. G E N U S.

*Menstrua mineralia composita ex Menstruis Vegetabilibus & mineralibus invicem commixtis.*

143. Ignis Vegetabilis solutus in Aqua calcinativa Lullii,

*P. 363. Magiæ Naturalis.*

R. **A**QUÆ Vegetabilis acuatæ (*animæ metallicæ Lullii sub No. 5. descriptæ*) unciam unam, pone in Ampulla cum collo longo, in quam posueris uncias tres Aquæ calcinativæ (*menstrui mineralis sub No. 68. descripti*) & subito cooperi Ampullam cum suo coopertorio, & bene claude cum cera, & bene colloques intrâ balneum per duos dies naturales, & in illo tempore totum Vegetabile erit conversum in Aquam claram.

## Animadversiones.

**A** Depti variè acutum reddidère Vini phil. spiritum, istumque in varia redegère Menstrua tam Vegetabilia quam mineralia in antecedentibus: Jam in hoc Menstruorum vicesimo quarto & omnium ultimò Genere, non uti in supradictis Menstruorum compositionibus communia commiscuere vel oleosa, vel Arida, vel Acidâ unctuosò Vini philosophici spiritui, sed Menstrua Vegetabilia & mineralia modo perfectâ conjungere ut Menstrua hujus Generis conficerent. Simile ferè Menstruum componitur à Lullio quod dicitur,

144. Cœ-